

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Huswedel

**Decanus Collegii Philosophici in Alma Universitate Rostochiensi Joannes
Huswedelius, Philos. Pract. Prof. Lectori Candido, in primis Philosophiae
studioso S.P.D.**

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729457370>

Druck Freier  Zugang



Ruppin 1634.

Johannes Körweder





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729457370/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729457370/phys_0002)

DFG

DECANUS
Collegij Philosophici in Alma
Universitate Rostochiensi


JOANNES
HUSWEDELIUS,
Philos. Pract. Prof.

Lectori Candido, in primis
Philosophiae studioſo
S. P. D.



invitatio ad cap
sum gradum Ma

ROSTOCHI,
Litteris JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
ANNO M.DC.XXXIV.





Elicita est nobis à majoribus nostris & quasi per manus tradita consuetudo, ut hoc Magorum Evangelicorum festo studiosi Philosophiae ad studij sui & laborum petenda præmia voce Decani, ejus qui pro tempore est, publicè invitentur.

Consuetudo sanè honesta & utilis, quæq; in bene ordinatis Rebuspubl. qualem hanc nostram esse confidimus, minimè sit negligenda. Siquidem honestum est, suum cuiq; tribuere, bene meritos præmijs afficere; secus, poenit mactare: id quod ratio & usus postulat, ne improbitas foveatur in punitate & alatur, boni vero neglegenti & contemti, virtutis studium paulatim remittant, cultum ejus deserant, Remq; publ. lenta & occulta peste interire patientur. Verum duo videntur hominum genera, quibus hoc institutum in Academijs non probatur. Vel enim omne studium, quod Philosophiae inpenditur, cum ipsa contemnunt, totum hoc Philosophari aspernantur, & hominem ineptum indigitare cum volunt, vel simplicem, imò & ridiculum, eum vocant Philosophum, & ipsam pene indignam judicant, (facto saltem, si non verbo) quæ locum in Academijs teneat, nōdum ut ejus asseclis honores tribuantur.

A2

Vel

Vel honores indignis tribui conqueruntur & sic popu-
lo inponi. Utriq; generi occurrentum est, sed mode-
stè, & ut philosophiam ipsam decet. Qui Philosophiam
contemnunt, hi quod bona eorum pace dixero, ipsam
parum novisse videntur, id que multis nec malis con-
tingere potest & solet: quippe cum plurimæ occurrant
species ita ornatæ, ita cultæ & interpolatæ, ut adspici-
entes fallant. Si tamen accuratius à peritis inspiciantur,
meritoriae pro matrona deprehenduntur. Neq; eam
fraudem in solâ philosophia exerceri videmus, cum il-
las magnificentiores disciplinas non raro ita circumve-
niri, nec insolens sit vulgo, nec obscurum observanti.
Sed ut, cæteris, relictis nostra ipsorum vineta cædamus,
an philosophiam, quæ rebus cognoscendis & agendis
dedita est, esse putabimus, quæ relictis rebus nomina
sectatur & verba, cavillis inanijsque plena, quæ
relicto nucleo, circa putamina occupatur, quæ instar la-
scivientis catuli in raptandis, carpendis, vellicandis
quisquilijs versatur, ganniens interim & latrans, præser-
tim si alius idem quoq; lasciviendi studium amare ac
tractare occipiāt. Quid enim aliud faciunt, qui juventu-
tem de rebus, neq; ad mentis cultum, neq; ad Reip. neq;
ad Ecclesiæ usum pertinentibus, magno conatu, itidem
ut precio, sic instituunt, ut ex umbra in solem delati
& se & alios eversum & perditum eant? Cum ipsa phi-
losophia nihil prius potius ve curet agatq;, quam ut i-
gnorantium ex animo deleat, omnemq; inprobitatem
eximat, cognitionem rerum scitu dignarum proponat,
probitatem & virtutem inserat concilietq;. Quod ne
michi credi postulem, audiatur ^{au}nus ille, qui & alia præ-
clara

clara & istud ēphæ: ὁσπερ ἵατρινῆς ἐκ ὅφελοῦ, μὴ τὰς νόσους
ἐκβαλλόντος ἀπὸ τῶν σωμάτων, οὗτος δὲ φιλοσόφος, εἰ μὴ τὸ τῆς
ψυχῆς κακὸν ἐκβάλῃ. Sicut Medicina nullus usus fructus q;
est, morbos à corporibus non repellentis; non item Philosophia,
nisi vitia ab animo. Et quæ vitia? Mentis quidem igno-
rantiam rerum scitu dignarum: appetitus vero, cum a-
lia, tum præcipue somires istos, Cupiditatem ac ti-
morem. Eo amplius gravissimi quoq; philosophi ver-
bis idem apponam potius, quam meis. Ita enim dicit:
Τῶν τῆς ψυχῆς ἀρρεπημάτων καὶ πιθῶν ἡ Φιλοσοφία μάνη Φάρμα-
κων δῖ. διὰ τὸ πάντην καὶ μετὰ τάυτης δῖ γνῶναι τὸ τὸ καλον, τὸ
τὸ αἰσχρὸν: τὸ δίκαιον, τὸ ἄδικον. τὸ τὸ συλλύβδην αἴρετὸν, ἡ
Φευκτὸν. πῶς θεοῖς, πῶς γενεῦσι, πῶς πρεσβυτέροις, πῶς νόμοις, πῶς
Ἄρχεσι, πῶς Φίλοις, πῶς γυναιξὶ. πῶς Γέννοντος πῶς ὀικέταις Χερσέον
δῖ, & paulo post, τὸ δὲ μέγιστον μήπε τὸ ἐυπραγίας περικα-
ρεῖς, μήπε τὸ τοῦ συμφορῶν, περιλύπτος ὑπάρχειν, μήπε τὸ τὰς
ηδονᾶς ἐκλύτρεενα, μήπε τὸ τὰς οὐρανῆς ἐκπαθεῖς καὶ θηριώδεις.
Sed eadem latine & quidem explicatius, adiunctione:
Animi agritudinib. & motibus medetur sola philosophia. Hu-
jus enim opera ductuq; datur cognoscere, quid honestum, quid
turpe, quid justum, quid injustum, quid exspectendum, quid fu-
giendum: Quomodo nos erga Deos, erga parentes, seniores, le-
ges, alienos, magistratus, amicos, uxores, liberos, servos gere-
re debeamus: scilicet Deos ut veneremur, parentes honore affi-
ciamus, seniores revereamur, legibus obtemperemus, amicos
diligamus, uxores caste amemus, liberos animi interno quodam
amore completamur, servos injuriosè non eructemus. & quod
summum est, neq; rebus secundis efferamur gaudio, neq; adversis
nimio luctu deiciamur: ac neq; voluptatibus disfluamus, neq; ira
ad sevitiam nos abripi sinamus, quæ ego omnium nobis à Phi-
losoph. obtingentium bonorum antiquissima judico. & seq.

A 3


Hoc

Hoc ergo discrimen quisquis noverit, philosophiam,
quæ ista docet, non facile contemnet, ne res istas con-
temnere, & societati humanæ parum convenienter ju-
dicare videatur. Ubi enim ista & similia *non* doceri
viderit, imo alia omnia magis, sub philosophiæ titulo ac
specie, certe non matronam istam, sed fuso & cultu ma-
tronæ æmulam, ne quid immodestius dicatur, merce-
nariam mulierem facile deprehendet, eamq; si ita lu-
bet, contemnat, eam præmis indignam judicet: nobis
nihil contradicentibus, imo etiam hortantibus, ut aqua
& ignis ei, & eius farinæ alijs, interdicitur, è cætibus phi-
losophiæ ipsius exesse, & ad hostes honestatis ac virtu-
tis abire jubeatur. Hoc ergo priori generi esto respon-
sum: Sed occurrentum est breviter & cæteris, qui ho-
nores quidem conferri permittunt, sed indignis con-
ferri couqueruntur. Quod si fit, primum à solis philo-
sophis id fieri non arbitror: crimen obijcitur illis com-
mune cum alijs, apud quos idem fieri perhibetur. Ve-
rum aliter se res habet. Neq; enim tanta impudentia
quenquam esse puto, qui planè indignus, nec sibi ullius
dignitatis conscius, eos honores petere audeat: neq;
admissum iri arbitror, si audeat. Interim ornandi sunt,
non solum, qui ad eruditionis ac virtutis culmen jam
adscenderunt, sed subveniendum est quoq; tardiori-
bus, qui cum ad summitem contendunt, in secundis
tertijsq; consistere, per naturæ vel aliam necessitatem
coacti, honestum ducunt. Alios igitur ornamus, quia
digni sunt, alios quia spem futuræ dignitatis præ se fe-
runt; ita ut honor ijs collatus non solum sit præmium
studij impensi, sed incentivum quoq; deinceps inpen-
dendi, idq; exemplo honestissimo & ratione optima.

Laudan-

Laudantur enim principes, ad cœlum elevantur,
honoribus pene divinis, imo & divinis, coluntur:
An alia quam virtutis causa? Atqui laudes istæ, & isti
honores, virtutem illorum non raro superant in-
menso intervallo. Unicum Trajanum videa-
mus principem sanè laudandum, ejusq; panegyri-
sten Plinium: Is vero exquisitissimis laudibus eundem
tollit ac prosequitur, sed ita, ut laudando hortetur ad
virtutem, quam ei tribuit; sic Magnos, Maximos, Au-
gustos, patriæ patres dicimus, ut horum nominum ac
titulorum honore admoniti, id agant præstentq;, quod
postulant ac promittunt tituli. Non enim tam alit ho-
nor ipsas artes, quam artifices, & optimus quisq; studio
gloriae ducitur, quam cum adfectant etiam indigni, vel
non assequuntur, nisi falsam, id est nullam, vel sero stu-
dio virtutis intercedentis ad verā tandem perveniunt.
Deniq; non solū ~~πλευράθεαν~~, quam quidam relictæ vir-
tute solam sectantur, ornandam judicamus, sed & hu-
jus, & adjunctum ei virtutis, præcipue Modestiae studi-
um, quam illi præferendam esse, etiam si sola sit, contra
nostri seculi perversa judicia, vetustatis incorruptæ &
exempla & sententiæ nobis persuadent. Quid enim à
Philosophia longius abest, quam animus multarum re-
rum, & quidem haud vulgarium, ut ineptas omittam,
cognitione inflatus, arrogans, qui cum solo ingredi-
tur, caput, instar famæ poëticæ, condit inter nubila,
aut saltem condere sibi videtur, alios tauquam humi-
repentes, alto supercilio è sublimi despicit, & quasi Gi-
gas cothurnatus inter pygmæos ambulare se somniat.
Quod genus Platonicus ille & xenophonticus Socrates
tantum abest, ut inter philosophos ferendum putet; ut
ubiq;

ubiq; tanquam H̄ercules quidam ~~ad~~ ~~Eximias~~, monstro-
rum domitor, eos refutet, reijciat, exterminet, ut phi-
losophiæ proditores, juventutis pestes, vitandos mone-
at. Igitur, si quis ex omni cætu studiorum ijs rebus
mediocriter instructus & eruditus, quas scire æquum
& honestum est liberale ingenium, & modestiam ijs co-
mitem adjungat, fuerit, quales in hujus alia matris A-
cademicæ gremio non paucos esse speramus, cum non
solum non indignum judicamus & reijsiendum, si ad
honores petendos veniat, sed etiam ultrò accersimus &
invitamus: Contemtores autem nostri studij & sini-
stros judices, vel affectu quodam præpeditos, vel opini-
onie prava corruptos, facile suo ingenio & loco relin-
quimus, ne indignos à nobis promoveri & honorari
conquerantur benevoli, criminentur inimici. Id ipsum
ergo, quòd felix faustumq; sit, publicè pronunciatum
esto, SI Q H̄S vel in cætu nostro vel alibi, mediocris dili-
gētie ac studij in linguis, Latina præsertim & Græca, col-
locati libi conscius fuerit, & utriusq; philosophiæ par-
tes, earumq; instrumēta mediocriter habuerit cognita,
vitæ insuper piæ, honestæ, modestæ, conscientiam ac te-
stimonium attulerit: atq; his de causis, honore istis me-
ritis debito, & à nostro ordine hac in Universitate con-
ferri haec tenus consueto, non indignum se judicaverit,
eum hortamur, ut quam primū apud me Decanū hoc
tempore, nomen suum proficeatur & omnia humani-
tatis officia à toto collegio philosophico exspectet.
Faciemus, DEO volente, ut ne quemquam frustretur
sua exspectatio, alij vero affecti honesto exemplo idem
à nobis audeant sperare, & quod sperant, consequantur.
P. P. Sub Sigillo Decanatus Postrid. Non Januar.
cl̄ Is C XXXIV.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729457370/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729457370/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729457370/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729457370/phys_0012)

DFG

Laudantur enim principes, ad cœli
honoribus pene divinis, imo & divi-
An alia quam virtutis causa? Atqui lau-
hones, virtutem illorum non rari
menso intervallo. Unicum Trajanus
principem sanè laudandum, e-
sten Plinium: Is vero exquisitissimis la-
tollit ac prosequitur, sed ita, uti laudat
virtutem, quam ei tribuit; sic Magnos,
gustos, patriæ patres dicimus, ut horum
titulorum honore admoniti, id agant pri-
postulant ac promittunt tituli. Non ei-
nor ipsas artes, quam artifices, & optimi
gloriæ ducit, quam cum affectant et
non assequuntur, nisi falsam, id est nullam
dilio virtutis intercedentis ad verā tandem.
Deniq; non solū ~~ταῦτα~~, quam qui
tute solam sectantur, ornandam judica-
jus, & adjunctum ei virtutis, præcipue
um, quam illi præferendam esse, etiam
nostrī seculi perversa judicia, vetustati
exempla & sententiæ nobis persuadent.
Philosophia longius abest, quam animu-
rum, & quidem haud vulgarium, ut in
cognitione inflatus, arrogans, qui cu-
tur, caput, instar famæ poëticæ, condic-
aut saltem condere sibi videtur, alios
repentes, alto supercilio è sublimi despici-
gas cothurnatus, inter pygmæos ambu-
Quod genus Platonicus ille & xenopho-
tantum abest, ut inter philosophos fere



tur,
tur:
isti
in-
dea-
yri-
dem-
rad-
Au-
n ac-
uodi
ho-
udio-
, vel
stu-
unt.
vir-
hu-
udi-
ntra-
æ &
im à
are-
am,
edi-
bila,
umi-
Gi-
niat.
ates
t; ut
biq;